

principum ac dominorum Ernesti et Alberti fratrum germanorum ducum Saxonie ac dictique venerabilis capituli nostri de et super omnibus et singulis premissis presentes litteras confirmatorias in convoluto foliorum quinque quasi cum dimidio conscriptas eorundem principum una cum nostro ac capituli nostri sigillis majoribus cum sonis et ligamentis  
5 sericeis tergatenus transfixis procuravimus communiri.

Et nos dei gracia Ernestus — et Albertus fratres — ad declarandum ad omnia et singula premissa et singulariter ad incorporacionem ecclesiarum beneficiorum ac jurium premissorum cum recompensa juris patronatus et presentandi ad prebendas et vicarias prefatas plenum et integrum nostrum accessisse consensum quilibet nostrum pro se ac  
10 heredibus suis majestatem sive sigillum suum majus presentibus litteris ac convoluto numero foliorum ut premittitur comprehensis.

Et nos Theodericus de Schonenberg prepositus, Johannes de Sallußen decanus, Paulus Mundel scolasticus et senior, Nicolans Hildebrandi archidiaconus Nisiezensis, Marcus Sculteti de Majori Glogavia custos totumque capitulum ecclesie Misnensis pro  
15 majore corroboracione ereccionis et confirmacionis dicte ecclesie quoad incorporacionem jurisdictionisque ac jurium omnium et singulorum premissorum concessione et admissione pariter sigillum majus capituli nostri presentibus litteris confirmatoriis ut premittitur similiter colligatis fecimus appendi. Datum Friberge anno incarnationis dominice millesimo  
20 quadringentesimo octuagesimo, decimo nono kalendas septembris, quo presens ecclesia more aliarum ecclesiarum conventualium eum primis vesperis subsequentiis completoriis matutinis ac aliis horis canonicis per nos felix inicium cepit. Amen.

761.

Dresden, 1482 Mai 20.

*Hörschr.: Hauptstaatsarchiv Dresden Cop. 62 fol. 179.*

25 Anno domini ac. LXXXII. feria 2<sup>a</sup> post exaudi *verkauft Hans Lichtewalt zu Somsdorf dem Capitel 3 Sch. jährlicher Zinsen in dem Dorfe Somsdorf auf Wiederkauf für 300 Gulden.* Actum Dresden —.

762.

Dresden, 1482 Juli 4.

30 *Hörschr.: Hauptstaatsarchiv Dresden Cop. 62 fol. 182<sup>b</sup>.*

Anno domini ac. LXXXII am dornstag nach visitacionis Marie *geben die Landesherren dem Oswald von Boytitz ihre Gunst zu dem Verkaufe von 12 Gulden jährlichen Zinses auf Givernitz (Jawernicz in der Heinischen pflege) an das Capitel für 200 Rhein. Gulden auf Wiederkauf (innen 3 Jahren).* Actum zu Dresden —.